VRSEI. Ergo priſcianum damnare audes in ſcitiȩ. ABS. Vtrum tolerabilius dicere: Priſcianum erraſſe: an Ciceronẽ: Plynium: & Matialem? prȩſertim quom in grȩcis auctoribus In latinis uero uetuſtis codicibus ſpoletium quadri ſyllabam dictionem reperiamus. Vt.n. Arretium arretinus. ſic ſecundum anologiam ſpoletium format ſpoletinus. Sed quid dices ſi regulam a Priſciano datam non ſemp a ſcriptoribus ſeruatam eſſe monſtrauero? VRSEI. Facies ut credam quod incredibile eſſe exiſtimabam. ABSTE. Tarentum: Surrentum: Buxentum Grumentum ciuitates italiȩ nõne in nominatiuo caſu in um deſinunt conſonante antecedente? VRSEI. Deſinunt. ABSTE. Ab his tamen tarentinus ſurrentinus: buxentinus: grumẽtinus deriuantur: quȩ. i. ante nus productam haent: non. a. ut nomentanus beneuentanus. VRSEI. Exemplis oſtende. AbSTE. Geratur tibi mos. Martialis in xeniis fila tarentini grauiter redolentia porri: ediſti quotiens oſcula clauſa dato. Idem accipe non uili calices de puluere factos: ſed ſurrentinus lȩue toreuma rotæ. Ply

nius libro.iii.naturalis hiſtorię. Lucanorum aũt hinc Atina-
tes buxentini:eburini grumẽtini:potentini: Si igitur celeber-
rimi linguę latinę ſcriptores in ſupradictis hęc Priſciani docu
mẽta nõ ſeruarũt:quid mirum: ſi ſpoletinus.i.longam nõ.ac
ante nus habeat:etiam ſi ſpoletum diceretur. VRSEI. Co-
gis me tum ratione:tum doctiſſimorũ uirorum exemplis:ut
ſpoletinus dici poſſe diiudicem. AbSTE. Si te tam pertina
cem aduerſarium in ſententiam traxi meam non dubito quin
alios quoq; huius opinionis meę ſectatores habiturus ſim.

Quod Carthaginienſes cum i littera inter primum n & e
ſcribendũ ſit: ſecundũ Priſcianũ & uſum ueterũ. Vrſellus:

Atis:ut mihi uidetur:dilucide oſtendiſti qđ coniux
ſ abſq; n littera in poſteriori ſyllaba ſcribendũ: & ſpo
letinus & nõ ſpoletanus dicendũ ſit. ſed durũ admo
dũ erit inueteratam cõſuetudinem infringere & Priſciani circa
hęc auctoritatẽ abolere. Nẽo ẽ.n.ut pauloante dicebas: tãtra
ctabilis ĩgenii.qui uelit arreptã a teneris unguiculis opinionẽ
deponere. & nõ potius cũ Priſciano ẽt errante: q̃ tecũ bene ſen
tiente cõuenire. AbS. Eſt ut dicis. ſed renturne hũc grãmati
cum ita probatũ:ut in oĩbus eius pręcepta ſequẽda opinẽtur.
VRS. Rentur inter grãmaticos.n.apud hũc eẽ principatũ
oẽs uno ore cõfirmant. AbSTE. Cur ergo audent cõtra eius
documẽta uenire? Cur me dignũ reprehẽſiõe cenſes: ſi aliq̃ ꝓ
babili rõne motus interdũ eius pręcepta nõ ſeruo: quom mul
ti abſq; cã aliq̃ non modo contra eius artem: uerũ etiam uete
rũ conſuetudinem uenire non dubitent. VRS. Quibus i lo
cis ab eo diſſentiant: neſcio niſi fortaſſe qui nõ modo nõ latinę
ſed ne grammatice quidem loquantur. AbSTE. Immo hac
noſtra ętate: qua latinę litterę admodum expoſite ſunt: docti
pariter & indocti carthaginenſes dicũt: & ſcribunt. quom Pri
ſciãus carthaginiẽſeſ ſex ſyllabarũ dictionẽ cũ i iter n & e ſcri

bere pręcipiat. VRS Rē mihi hactēus inauditā loq̄ris. Vbi
hoc tradit? recita obſecro eius uerba. AbS. Libro. iiii. hęc dicit
ſi uero tercię ſint declinatōis abiiciūt extremā. ſ. gēitiui & aſſu
mūt enſis: ut piſtor piſtoris piſtoriēſis. Carthago carthaginis
carthaginiēſis. ſi ultiā. ſ. gēitiui carthaginis remota addideris
enſis: nōne erit carthaginēſis ex vi ſyllabis dictio? VRB. Erit
ut opinor. In libris tamē īpreſſis carthaginēſis dictionē pēta
ſyllabā fere ſemp̄ iuenies. AbS. At meus Priſciāi codex ue-
tuſtuſ: & eo tp̄e excriptuſ: quo nōdū latina lingua oīno depra
uata erat carthaginiēſis ſex ſyllabarū dictionē habēt: ut regu
la priſciano data iubet: q̄d ī multis aliis priſciani exēplaribus
me legiſſe ſum mēor. VRS. Cur ī aliis auctoribus nō ita ſcri
ptū cōpio? cur nēo hāc regulā ſecutus ē? ABS. Antiquos ita
ſolitos fuiſſe ſcribere teſtis ē codex meus Valerii p̄uetuſtus:
quē ferabos e Gallia trāſalpia ī italiā detulit: & Oroſius q̄ pe
nes me ē: pari uetuſtate: apd̄ quos ſp̄ carthaginiēſes ſcriptū eē
cōpies. & ita ſcriptū aīaduerti ancone in libro cōfeſſionū diui
auguſtini uetuſtiſſimo: q ī bibliotheca bti Dñici ſeruatur. ne
me mētitū cēſeas: en Valeriū & Oroſiū tibi: libros adeo uetu
ſtos: ut p̄pria auctorū ſuorū manu ſcripti eē uideātur. Lege.
VRS. Vbi ut dicis ſcriptū ē: & miror uehementer: q̄ nūq̄ am
plius ab aliquo hoc aīaduerſū audiueri. ABS. Libiū illū cō-
feſſionū augu ſtini legere poteris: ſi q̄do anconē te contuleris.
VRS. Lectū a me puta. Magnā. n. tibi adhibeo fidē: pręſer
ti quom nō ſolū priſciāi tui regula & ſcriptura: uerū ēt Valerii
& Horoſii exēplaribus tā uetuſtis hoc mihi abūde p̄baueris.
ABS. Nō dubito: qn ī multis aliis antiqs codicibus. ita ſcri
ptū rep̄iatur: quoſ ut tu cęteriq;: q ī eos īciderit: īſpiciāt: rogo
ne qs me falſa ſcripſiſſe arbitretur. VRS. Ego q oculis meis
uidi: teſtimoniū p̄hibere poſſum & tuā opinionē defendere.
ABS. Id ut facias te oro & obſecro.

Quod ſecundum Priſcianum ſeptimuſdecimus & octauuſ decimus & nonuſdecimus: dicendum ſit. non ut nunc omnes fere dicunt. Vrſellus.

Vid eſt aliud: i quo dicis homines noſtri ſeculi a Priſciani preceptis & ueterum cõſuetudine diſſentire? AbSTE. Neminem ex hiis: qui noſtra etate uel doctiſſimi habiti ſũt. reperi. qui non decimuſſeptimus: decimuſoctauus decimuſnonus dicat. quom Priſcianus iubeat in his nominibus ordinalibus minorem numerum maiori preponendum eſſe. idq; apud antiquos ſemper in uſu fuiſſe comperiam. VRSEllus. Vbi Priſcianus hoc tradit? AbSTE. In libello de numeris & ponderibus. VRSel. Audire aueo ipſum Priſcianum ſua precepta referentem. ABS. Audi ergo poſt nomina numerorum inquit naſcuntur ordinalia nomina. hec inequaliter quidẽ quantum aduocem primus & ſecundus: equaliter uero tercius. quartus. quintus. ſextus. ſeptimus octauus. nonus. decimus. undecimus. duodecimus ab undecim & duodecim. Nã reliqua ex utraq; parte declinantur. contra cõſuetudinem grecorum uſq; ad nonumdecimum: ut tertiuſdecimus. quartuſdecimus. quintuſdecimus. ſextuſdecimus. ſeptimuſdecimus octauuſdecimus. nonuſdecimus. uigeſimus. uigeſimuſprius uigeſimuſſecundus. uigeſimuſtertius. uigeſimuſquartus. uigeſimuſquintus. uigeſimuſſextus. Sic omnes ſequentes uelut imprimitiuis ad imitationẽ grecorũ a uigeſimo & ſupra maiori minorem addunt numero plerunq; undecim: duodecim decem & duo: Ante decem uero minorem ponunt: quoniam compoſita accipiuntur: & ſub uno accentu proferuntur. Nã licet diſſoluta compoſitione diuerſis accentibus ea proferẽtes mutare ordinem quomodo & apud grecos & dicere decimus

& ſeptimus pro ſeptimuſdecimus: & tertius & uigeſimus pro uigeſimuſtertius. Vnde liquet: ꝙ ante uigeſimũ minor numerus maiorem præcedere debet: poſt uigeſimum uero ſequi niſi compoſitio fuerit diſſoluta. Hoc ipſe non modo pręcepit: ſed etiam ſequendi exemplum aliis oſtendit. Nam in primo libro artis ſuę dicit. Septimuſdecimus & octauuſdecimus de conſtructione: ſiue ordinatione partium orationis inter ſe in contextu orãtiõis eiuſdem. VRSEI. Quoniam animaduerti a te Priſcianũ ſolere reprehendi: an antiqui ita: ut Priſcianus pręcipit locuti ſint: diſcere cupio. ABSTE. Non modo priſcos illos: apud quos pura & perfecta latinitas erat: ſed etiam eos: qui diu poſt illos fuerunt: ſemper inuenio hoc modo locutos. VRSEI. Exemplis priſcorum contentus ero. ABS. Plynius ſuperior erit ne teſtis fide dignus? VRSEI. Quid ni: quem etiam librum de grammatica ſcripſiſſe conſtat? ABSTEmius. Hic ergo ita ſcribit libro primo naturalishiſtorię. Septimodecimo plante ſatiuarum. Octauodecimo natura frugum & cerealium: & ſtudia agricultoris. Hoc modo Diomedem gramaticum locutum inuenio. ubi artem metrorum ponit Horatii. Septimadecima ode ſupradictum metrum habet: & ſimiliter in utroq; genere ſcãditur. Velox amenum ſępe Lucretilem: octauadecima ode ſapphicum endecaſyllabum habet: ꝙ conſtat ſpondeo tribus coryambis: & pyrrhichio. Nullam uare ſacra uite prius ſeueris arborem. Deniq; ne in hac re tam euidenti longior ſim: neminem ex antiquis: modo librariorum inſcitia deprauatus non eſſet: aliter locutum me inueniſſe ſum memor. VRSEI. Priſciani pręceptum ueterum adiunctum uſui facit: ne hac in re tibi amplius contradicere audeam. AbSTEmius. Satiſfactum ne ti-

bi a me putas? VRSEllus. Ita ut melius non poſſit. ABSTEMIVS. Bene habet.

Quod cotidie per c non quotidie per q ſcribendum ſit.

Vrſellus.

ſI bene memini cotidie quoq; per c non quottidie per q ſcribendum reris: quom hac noſtra ętate omneſ fere quotidie ſcribere ſoleant. ABSTE. Eſt ut dicis. VRSEl. Rationem redde obſecro cur aliorum conſuetudinem non ſequeris? AbSTEmius. Ante noſtram ętatem: ut ex lectione librorũ percipere poſſumus: omnes fere cotidie p c ſcribebãt. At poſtq̃ Tortelius ſuam edidit orthographiam homines ętatis noſtrę eis ſęcuti doctrinam quotidie per q ſcribere cęperunt: ꝙ non tam eius auctoritate: quã Quintiliani quem ille ſe habere profitetur auctorem: facere uidentur. VRSellus. Reprehendis igitur rem minime reprehenſione dignam. Cur enim eum ſequi non debemus: qui ſe Quintilianum habere dicit auctorem? AbSTEmius. Quod ſi oſtendero Quintilianum hoc non dicere. VRSellus. Facies: ꝙ difficile credo: ut homo religioni additus mentiatur. ABſtemius. Nõ dicit hoc: ut nos fallat. Fuiſſet.n.amens: ſi putaſſet alios Quĩtilianum nunq̃ eſſe lecturos. VRSel. Cur ergo hoc ita temere pręcepit. AbSTe. Quia illũ hoc dicere putauit. ſed hunc oratorem male ab eo intellectum eſſe monſtrabo. Prius eius uerba ponã: deĩde Quintiliani: neq; a me Tortelliũ calũniatũ eẽ arbitretur. At quotidie p q ſequẽte u ante o & nõ cotidie cũ c idẽ Quintilianus nos ſcribere docuit. eo qđ ſit quot diebus utrũ Quĩtilianus hoc dicat tu ipſe iã poteris iudicare. ſic.n. libro prĩo oratoriarũ inſtitutionũ ait. Frigidio

ra his alia: ut q̃cq̃d c quartã haberet: ne ĩterrogare bis uideremur: & quotidie nõ cotidie ut ſit quot diebus. Verũ hęc iã ẽt ĩter ipſas ĩeptias euanuerũt. Quĩtiliãus his uerbis nõ tã ꝓbare q̃ reprobare uidetur opinionẽ eorũ q̃cq̃d p c ante ſecundũ q & quotidie p q ſcribẽda putauere. Dicit.n. hęc frigida eẽ: & ĩter ipſas ineptias euanuiſſe. Pręterea Marius uictorinus uir doctiſſimus in libello de orthographia aptius q̃ Quĩtilianuſ cotidie p c capitalẽ litterã ſcribere pręcepit. Q uãuis.n. inq̃t cocus a coquendo & quotidie a quoto & die deriuata ſint: p c nõ p q ſcribẽda ſũt. uides ne igitur q̃ clare: quãq; dilucide Victorinus iubeat cotidie p c eẽ ſcribendũ. q̃d idẽ licet obſcurius Fabius dicere uidetur. VR.SEI. Solebã in hac re Tortellium ſeq: & eo magis: q̃ Q uintilianũ hẽre uidebatur auctorẽ. ſed: ut dicis: & ego iã pręcipio: Q uintilianus uidetur ſentire contrariũ. Q uę.n. euanuerũt: amplius in uſu nõ ſunt. Accedit ad hoc Victorini ſententia: qui: ſi Quintilianus hoc uoluiſſet: nũq̃ cõtra tanti uiri ueniſſet opinionẽ. His adde antiquorũ ſcripturã: ĩ q̃bus: ut ais fere oĩbus ſemp cotidie p c notatũ repitur. ſed tñ adhuc ſcrupulus mihi reſtat: quẽ ut amoueas: te rogo habeo.n. locupletiſſimũ contra teſtẽ: cuius teſtimonium: ſi conuincere poteris: te fatebor hac in re eſſe uictorem. ABSTE. Hunc tuũ teſtem audire cupio. VRS. Seneca libellũ ꝓuerbiorũ edidit: in quo breuiſſimas ueterũ ſententias ſingulis concluſas uerſibus ſeruato per capitales uerſuũ litteras alphabeti ordĩe collegit. ABS. Quid tũ? VRS In eo libello ĩ calce prouerbiorũ a littera q incipientiũ hę duę ſententię ſunt collocatę. Q uotidie damnatur: qui ſemper timet. Q uotidie eſt deterior poſterior dies. Sic igitur cotidie per c notaretur: has duas ſententias non inter ſententias

a.q.ſed a.c.incipientes poſuiſſet. Quare Seneca uidetur per hoc ſentire quotidie per.q.capitalem litteram ſcribendum eẽ. AbSTEmius. Vide quam temeraria ſit nonnullorum audacia: qui dum libros aliorum emendare uolũt: ſępe aliquid mutant: uel addunt: uel adimunt: quod aliena cõtaminat opera: Hę enim duę ſententię non a Seneca huic operi inſertę. ſed ab illo additę ſunt. In operibus enim Senecę impreſſis reperiuntur. In meo uero exemplari: quod ante hanc nouam imprimẽdi artem: excriptum eſt: non habentur. Ne autem me mentiri putes: librum inſpice. VRSEl. Nuſq̃ has inuenio. Quare tecũ ſentiendum puto mi Abſtemii. Gratum tamẽ mihi feceris: ſi oſtenderis: quare cotidie: quum a quoto & die compoſitum ſit.q.&.u.ſuorum ſimplicium non retineat. AbSTE. Tanta eſt inter.c.&.q.affinitas: ut.q.in.c.mutari facile patiatur. Vnde in uetuſtis æreis tabulis: pequniam: quã nos pecuniã dicimus: inciſum repi: & ſequor ſecutus: & loquor locutus: & qui cuius aliqs alicuius faciunt: i quibus oĩbus.q.in.c. uidemus eſſe mutatum. Quod idem in cotidie eſſe factum quid mirum? & eo maxime quia dictiones non modo ex corrupto & integro: ſed ſępe ex duobus corruptis uideamus eſſe compoſitas. VRS. Amonuiſti nũc ex aĩo meo ita omnem ambiguitatem: ut neminem adeo pertinacẽ eſſe putẽ: qui non cotidie per.c.ſcribendum fateatur. ABSTE. Hoc ſi fecerint ab antiquorum ſcriptura & doctiſſimorum uirorum præceptis non diſcedent.

Quod antiqui Mediolanium dicebant cum i littera inter n & u ut in uetuſtis codicibus legitur. Vrſellus:

q Væ hactenus diſſeruiſti: & ſi a noſtri temporis conſuetudine abhorrere uideantur: ita tamen a te diſpu

rata

tata ſūt: ut ꝓbabilia haberi poſſint. Sed quo animo docti pa riter & indocti audiēt: ſi mediolanium: ut dicere ſoles: ſex ſyl labarum apud antiquos fuiſſe perſuadere tentaueris? Quis te non aſpernabitur? Quis nō hoc durum: & aſperum auribus ſonare dixerit? Quare pro meo ī te amore: te etiam atq; ēt ro go: ne iſtud amplius uerbum ex tuo ore procedat. ABSTE.

Ego mi Vrſelle nemini loquendi leges impono. Neminem quero a cotidiana conſuetudine remouere. ſolum dixi: idq; ꝑ petuo dicam Mediolanium apud antiquos ſex ſyllabarū di ctionem fuiſſe. i. q; ante. n. habuiſſe: quod non ſolum græco rum: ut Strabonis: Stephani: Ptolemęi: uerum etiam latino rum codicum ſcriptura probari poteſt. ſunt in hac huius no ſtri clariſſimi Ducis Bibliotheca tres ptolemęi codices græci: in quibus :non repio eſſe ſcriptum. Strabo quoq; & Stephanus grçci auctores ea dem utuntur ſcriptura. VRſel. Quid grçcorum uteris exē plis: quom de latinis agitur dictionibus? ABſte. Quia ſi no ſtri antiqui mediolanum dixiſſent: Grçci nō in ſuam conuertiſſent linguam: quod a nemine eorū factum eſſe reperio. VRſel. Exemplis latinorum hoc mihi ꝓbari uellem. Nam qui grçce ſciunt: fortaſſe hoc tibi credent cęteri uero nequaquam. ABſtemius. Nōne dixi hoc etiā anti qua latinorum ſcriptura poſſe probari? VRſel. Miror pluri mū apud ueteres latinos in uſu fuiſſe mediolaniū. AbSTE.

Quid ſi oſtendero duos uetuſtos codices: in quibus nuſq̄ niſi mediolanium ſex ſyllabarum dictionē cōperies. VRſel.

Tum me tibi aſſentiri erit neceſſe: profer iſtos tuos carioſos libros. AbSTE. Profero. lege: uel hunc: uel illum: ſiue poti us utrunq;. VRſel. Hi ſunt Valerius & Oroſius: quorum ſcriptura pauloante Carthaginienſes ab antiquis ſcriptū fuiſ

ſe probaſti. ABſte. Ita eſt: Nōne ob eorū uetuſtatem digni uidentur fide? VR ſel. Digniſſimi. Nam ſi in ſenibus fides eſt in his debet eſſe maxima: qui tam longam ętatem uixerūt: ut auctorum ſuorum manu ſcripti uideri poſſint. AbSTE. Si his duobus latinis teſtibus cōtentus non es Anconē perge ad eū codicem confeſſionum Auguſtini de quo ſupiorius mētionem feci ubi pluribus in locis mediolanium ſcriptum inuenies. VR ſel. Malo tibi credere: q̄ illuc nūc proficiſci: Negocia enim ſunt mihi. AbSTE. Sapienter facis qui pręceptori ma uis credere: q̄ tam longe itineris laborem nūc aſſumere.

Q uod apud Lucanum iunctus iſapis iſauro non ſapis legendum ſit. Vrſellus.

q Vom omneſ Lucani codices impreſſi multiq; etiam alii ante hanc nouam imprimendorum librorum artem quę noſtra ętate inuenta eſt: manu excripti hūc uerſum ita habeant cruſtuniūq; rapax: & iunctus ſapis iſauro tu tamē iſapis legendū dicis: quare opinionis tuę rōnem mihi reddi uellem: ni tibi graue moleſtūq; eēt: AbSTE. In hac re ꝓbanda nullam aliā rōnē reddere poſſumus: niſi ueterum codicū auctoritatem: gręcorūq; opinionem. Ante omnia: ut ita credere inciperem: fecit codex meus Lucani uetuſtus: ī quo & iunctuſ iſapis iſauro legitur: deīde alius: quē bononię uidi ita ueterem: ut pene carie conſumptus eſſet: inquo eadē erat ſcriptura. VR ſel. Tuū mihi inſpiciundū oſtēde. AbSTE: Inſpice lege hunc uerſum in ſecūdo pharſalię: Eſt ne ita ſcriptus ut dico. VR ſel. Eſt. ABSTE. Iam ne didiciſti me non ſolere mentiri? VR ſel. Nō ideo librū hūc inſpiciundū petii: q̄a tibi fidē nō haberem. quē ſemp ueridicū eē cognoui: ſed ut iurare liquido ualerem me oculis ꝓpriis hanc ſcripturā aliqnā

do uidiſſe. AbSTE. Iuſtã cãm affers. Deinde ut hoc ita cre derem me impulit Strabonis ſcriptoris diligentiſſimi aucto-ritas: qui libro ſuę geographię quinto hunc fluuium haud lõge a Cęſena fluentem iſapin appellat. VRſel. Plynius tamẽ ſapin eum nũcupat. Itidem boccatius i libro de fluminibus. AbSTE. Plynius adeo mendoſus & corrptus ẽ tporũ cul pa: ut in hoc eum ſequi nõ debeamus. nec dubito: quin i emẽ datis illius exẽplaribus iſapis repiatur: boccatio uero: quom ea fuerit ętate: qua latina lingua plena erat erroribus: credẽdũ nõ puto. Credibile eſt. n. ex mẽdoſis Lucani Pliniiq; exempla ribus accepiſſe. VRſel. Exiſtías ne hanc boccatii erroris cãm fuiſſe? AbSTE. Prorſus ita exiſtimo. VRſel. Tot men-dis alios quoq; auctores refertos oſtẽdiſti: ut facile me ad cre dendũ inducas: hunc quoq; in hac parte eẽ mẽdoſum: quom a Gręcorum: & uetuſta latinorum codicum ſcriptura diſcor-det. AbSTE. Profecto ita eſt.

Notatur error in omnibus fere Valerii: Lactantii: Flori: Soliniq; exemplaribus inquibus Aetnam pro ennam ſuppo ſitũ quaſi ſemper inuenies. Vrſellus.

q Vom hęc noſtra patrumq; noſtrorũ ætas uiros pro duxerit ingenio & doctrina prę ſtantes: qui e latina lingua barbariem pene oẽm eliminauerint: & ultra ſauromatas: & oceanum glacialem fugauerit: unde eſt: quod adhuc eã multis dicis maculis cõtaminatã? AbSTe. Vt ſege tes malis herbis internatis nõ ita purgari poſſunt: quin aliqd malorum gramirium ſuperſit: ita lingua romana Gotis: uuã dalis: hunnis lõgobardiſq; olí italiã poſſidentibus: ita barba ris uocibus oppleta fuit: ut q̃uis aliq noſtra: patrũq; noſtro-rũ tẽpeſtate eã barbarie emũdare cõati ſint: nõ tñ oĩno potue rũt. Supſũt adhuc multe barbarę dictiões: q̃s uiri eruditi ſuo

ſtudio & diligentia tollent: & linguam noſtram ab interitu uĩ
dicabunt. ſunt tamen nonnulli errores: quos magni induxe-
runt uiri: in quibus extirpandis maiori labore opus erit: facili
us enim ex agris filicem: q̃ ex mortalium animis hos poteris
euellere. Alte enim radices egerũt multiq; pro eis haud ſecus
quam pro uita & ſanguine certant. Verum eſt illud iam tritũ
ſermone prouerbiũ. Nullũ errorẽ eo eſſe peiorẽ: quem docti
faciunt uiri. VR ſel. Quhorſum hęc? ABſte. Quia inter-
rogabas unde latina lingua ſcatebat erroribus. ſępe uerborũ
ſimilitudo etiam uiros doctos facit errare. Audiſti ne aetnam
mõtem eſſe ſicilię globos flãmarũ uomere ſolitum? VR ſel.
Milies audiui: & legi. nec quẽquam ita parum eruditũ eẽ ar-
bitror: Cui ſit iſtud ignotum. ABſte. In eius aſcenſu eiuſdẽ
nominis oppidulum ẽ: qđ montem aſcenſuros excipit: atque
tranſmittit. In eadem inſula circa medium urbs eſt Enna no-
mine edito in loco. & undiq; pręcipiti ſita: & a ſyracuſanis cõ-
dita: quę umbilicus ſicilię dicitur. Hæc ĩminet circũſtantibuſ
campis: ubertate & florũ uarietate cõſpicuis. Vnde Solinus
ſcribit: cãpus ennẽſis in floribus ſemp: & oĩ uernus die. Tan
tam eſſe in his locis fragrantiã: quę ex florum frequentia alat:
tradiderunt: ut ſagaces canes ſenſu careant odorãdi: naturam
ſenſus florum odore uincente. Hinc raptam a Plutone Pro-
ſerpinam Cereris filiã dixit antquitas: dũ cum Diana & Mi-
nerua flores legeret in pratis. haud procul eſt foramen pręgrã
de longe ſub terram penetrans: per quod fabulantur raptam
proſerpinam curru a Plutõe ad inferos eẽ deductã. Propterea
in hac urbe Cereris ſacra mira celebritate fiebant: unde roma
nos ea uexiſſe teſtis eſt Valerius atq; Lactantius. De fertilita
te huius urbis ſic Ouidius ſcribit in faſtis. Grata domus

Cereri multas ea poſſidet urbes. In quibus eſt culto fertilis enna ſolo. Claudianus in libello de raptu proſerpinę eam pa rentem florũ uocat: ab eorum ubertate. Viderat herboſo ſa crum de uertice uulgus Enna parens florum: Specus & rapinam ſilius ſic deſcribit italicus:

Enna deum lucis ſacram dedit ardua dextram.
Hic ſpecus ingentem laxans telluris hiatum.
Cæcum iter ad manes tenebroſo limine pandit.
Qua nouus ignotas hymenæus uenit in oras.
Hac ſtygius quondam ſtimulante cupidine rector
Auſus audire diem: męſtoq; acheronte relicto
Illicitas egit currum per inania terras.
Tum rapta pręceps ennęa uirgine ceſſit.
Attonitos cęli uiſu: lucemq; pauentes
In ſtyga rurſus equos: & prędam condidit umbris.

Bellorũ quoq; ſeruiliũ incẽdia hãc urbẽ maxĩe clarã reddide rũt. Nã quom munita admodũ eẽt: ingẽſq; fugitiuorũ nume rus in eã cõfugiſſet: quos eunus ſyrus phanatico furore ſimu lato ad libertatẽ & arma q̃ſi diuĩo nutu cõcitarat: quoſq; Per pẽna romanorũ impator uictos pſeq̃batur: hic tãdẽ obſeſſuſ fame q̃ſi peſte cõſumptus ẽ. ſi qd latronũ relictũ ĩ manus ro manorũ puenit: cõpedibus & cathenis iunctũ: & crucibus affi xũ meritas pęnas dedit. huius urbis meminere apud gręcos Stephanus & Ptolemæus. Strabo quoq; de hac ita ſcribit. intra ĩſulã ẽ enna modicis quidẽ poſſeſſa inquilinis ſup collẽ iacẽs: inq̃ ſacra cereri ędes ẽ. Ea mõtanas amplectitur planiti es totas arabideſ. Eunus cũ fugitiuis obſidiõe preſſuſ: illã pręcipuis affecit cladibus uixq; tandẽ a romãis euulſi ſunt. Eadẽ mala ppeſſi catinẽſes: & Tauromenitãi: alii q̃ cõplures. Apud

hos ſcriptores oēs enna non Aetna reperitur. Similiter apud Ouidiū: Siliū & Claudianum: quorū uerſus pauloante a me adducti ſunt. VR ſel. At apud Valeriū: Lactantium: Florū & Solinū ſp aetnam nō ennā me legiſſe ſum memor. ABS. In mēdoſis fortaſſe codicibus. VR ſel. Immo in īpreſſis emē datis a doctiſſimis uiris: quos impreſſores ad correctionē librorū magna mercede cōduxerāt. ABS. Ego quoq; hos auctores impreſſos eodem mō corruptos nō correctos uidi. Nō ne pauloante dicebam ēt a doctis uiris: interdū libros ſolere corrumpi: q putātes ſe auctores emendare cōtaminā̄t. Teſtis ſit hęc dictio: quę quom in oībus gręcis codicibus: & latinis uetuſtis exēplaribus enna repiatur: a recognitoribus noſtris aetna pro enna ſuppoſitum eſt. Si qui mihi nō credūt Strabonē: Ptolemęū: Stephanūq; euoluāt: qbus quoq; ſi parū fidei adhibeāt: uetuſta & emēdata ualerii: lactantii: Flori Soliniq; exēplaria cōſulant: in qbus ut dixi: ſcriptū eē compient. Valerius meus: cuius ſępe feci mētionē uetuſtis admodū: & ex trāſalpina allatus gallia ita dicit Cereri quequā more gręco uenerati inſtituerāt: ſacerdotē a uelia: quom id oppidū nō dū ciuitatis accepiſſet nomē: chalcitanā peterēt: uel ut alii dicūt caliphoenam: ne deę uetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes: cuius quom ī urbe pulcherrimū templū haberēt. gracchano tumultu pollutū. moniti ſibyllinis libris. ut uetuſtiſſimā cererē placarēt. Ennā quoniā ſacra eius inde orta credebāt. xv. uiros ad eā propitiandā miſerūt. Eandē litteraturā in exēplaribus nō multū uetuſtis fuiſſe aīaduerti. Sed raſam ab iiſ. qui libros ſe emēdare putantes aetnam ꝓ ennam fecerūt. Lactantius quoq; firmiamus libro ſecundo diuinarū inſtitutionū. ita ſcriptū reliquit. De cerere uel catinēſi uel ennēſi. quarū alterius tanta

fuit religio ut adire tẽpli eius ſecreta penetralia uiris nefas eẽt alterius antiq̄tas tãta fuit. ut oẽs hiſtorię loquãtur ipſam deã fruges in ennę ſolo primũ repiſſe. filiãq; eius uirginẽ ex eodẽ loco raptam. Deniq; gracchanis temporibus turbata re pu. & ſeditiõibus & oſtẽtis. quom reptum eẽt in ſybillinis libris antiq̄ſſimam cererẽ debere placari legati ſunt ennã miſſi. Noui tamen correctores uel ut uerius dicam corruptores ennam delentes aetnam fecerũt. quom in uetuſtis exẽplaribus ennenſi: enne. &ennam legerim. Apud Solinũ quoq; in exemplaribus impreſſiſ campus ętnenſis legitur. quam ego uiderim in duobus ante artem impreſſioriã manu deſcriptis cãpus ennenſis: Oroſiuſ ille. quem totienſ adduxi. ut ueterum conſuetudinẽ probarem. Cuiq; ꝓ eius uetuſtate indubitatam adhibeo fidẽ dicit. Tauromenium & ennam firmiſſima fugitiuorum refugia bello recepit. Impreſſores autem aetnam pro ennã fecere: hiſtoricum deprauantes: dum eum corrigere ſe putarent. Idẽ inuenies in floro. Nam exemplaria manu deſcripta fere oĩa ennam habent quod ſecus in impreſſis inuenies. VRſellus. Valerii: Solini: & Lactantii exemplaria & maxime impreſſa corrupta eſſe non inficior. Sed uide ne Oroſius ille tuus: cui pro ſua uetuſtate ita credendum putas: magis corruptus quã qui impreſſi ſunt reperiatur? ABSTEmius. Quam ob rem. VRſellus. Quia puto fugitiuos illos apud ętnam potius mõtem q̄ ennam illam tuam obſeſſos fuiſſe? AbSTEmius. Cur hoc ita opinaris: quom Strabo clare dicat illos ennę oppreſſos dediſſe pęnas. Cui Oroſius ille uetuſtus aſtipulatur: VRſel. Quoniã Lucanus libro prio pharſalię apud aetnã Sicilię montem bella ſeruilia geſta ſignificare uidetur: dicẽs.

Et ardenti ſeruilia bella ſub aetna. Per aetnam aũt ardentē nil aliud q̄ montem ſignificari puto qui flāmarũ globos emittit. ABſte. Alius diceret hoc dictũ eē a Lucano p errorē: quom uideret tot clariſſimos ſcriptores eiuſ ſentētie refragari. & prę cipue Straboné: qui uult Cereris ędē & fugitiuorũ cladē ĩ Enna urbe fuiſſe. VR ſel. Tu aũt hũc uerſũ qualiter interpretaberis? ABſte. Dicā eum librariorum uitiatum in ſcitia: qui ardenti etna pro Enna ferere. VR ſel. Quid ꝙ ardētem Aetna appellat. Nōne ob hoc mōtem ipſum. uel opidulũ in eo ſitum deſignare uidetur. Ennam aũt illam tuam quo mō ardētē poteris dicere: quom illinc nulli ignes erũpere dicātur. ABſte. Non dicā Ennam ardentē: quia terra illa ignibus flagret: ſed pp incendia bellorum: ut apud inſignē poetā reliquias troia ex ardente receptas. & flāmis Aſiā ferroq; cadētē. VR ſel. Quid ꝙ codices oēs non mō ĩpreſſi. uerum etiam deſcripti: & quantum uis uetuſti ardenti ætna hñt? ABſte. Si mēdum hoc in loco eſſe non putas. dicā poetam uſum eſſe tropo Synecdoche: qui fit: aut quom partem a toto ſignificamus: ut apud Virgilium libro primo æneidos ingens a uertice pōtus. In puppim ferit: nō enī totum pelagus nauē pcuſſit ænec: ſed pars quedā pelagi ideſt fluctus. aut quom a parte totum ĩtelligi uolumus: ut apud Terētium o lepidum caput. a capite enī totum hominē ſignificauit. ſic in hoc loco Lucanus p Aetnā totum deſignauit ĩſulam Nā ut ſcribit florus quom Eunus illo ſimulato furore. xl. milium āplius feciſſet exercitum caſtella: uicos: oppida miſerabili direptione uaſtauit: cepitq; multorum caſtra pretorum. Quare fugitiuorum rabies nō in unius tātum urbis: ſed in totius ĩſule mala graſſata eſt. VR ſel. Si Enna urbs in medio inſule ſuper mōtē ſita eſt: neceſſe eſt ſuper Aetnam montē eſſe conſtructam.

ABSTE. Quare? VR ſel. Quia hic mons quoq; ī medio inſulę ē collocatus. AbSTE. Quis ē auctor huius opinionis. VR ſel. Boccatius in libro de mōtibus. ſcribit. n. ꝙ ætna mons in medio ſiciliç ē. AbSTE. Hic quoq; nominū ſimilitudine direptus ē. Aetna. n. mons cū eiuſdē noīs oppidulo lōge diſtat ab enna. Enna. n. in medio ē inſulę. unde umbilicus ſiciliç dicitur. quā hodie annam uulguſ appellat. ubi qui regiſ locū tenet: ob loci cōmoditatem totius inſulç ſolet cōuētum habere. Aetnam uero haud longe a mari eē teſtis eſt Virgilius libro tercio ęneidos. Portus ab acceſſu uentorū in motus: & ingēs ipſe: ſed horrificis iuxta tonat aetna ruinis. Si enim: ut dicit poeta: eſt iuxta portum ī medio inſulæ eē nō pōt. Strabo quoq; inquit. Imminet aūt aetna magis euripo & littori catanēſi: Quin tyrrheno pelago quoq;: & lipantanis inſulis. Si imminet littori: quomō in medio eſt ſiciliç. huc adde: ꝙ legitur ſępe incēdium ętnenſe Catinā urbem maritimam: cui incumbit oppreſſiſſe. Si aūt mons in medio eēt inſulç: q̃ tanta ui ęſtuare poſſet. ut ad Catinam uſq; eruptaret incendiū? Scimus. n. hanc inſulam eē ingentē: & triāgularem: mediūq; eius multum ab extremis diſtare. VR ſel. Ita neceſſe eſt. ſed credis ne boccatium uirum diligentē: & pſpicacis ingenii: quom opus de montibus ſcriberet: multoſq; codices uolueret: qua in pte inſulç hic mons eſſet ignoraſſe. ABſte. Credo eum: ut ſupradixi: ea quç eſt inter ennam & aetnam ſimilitudine eē deceptum: ut eos qui Valerium: lactantium: Florum Solinum corrupere: dō hos auctores emēdare ſe putarēt. VR ſel. Tot ratiōibus me premis: ut uictum me fateri neceſſe ſit. tibiq; aſſentiri ennam urbem eam eſſe: in qua templum cereris fuit uetuſtiſſimum. ubi dea pręcipua ueneratione colebatur: ad quā

propitiandam.xv.uiros legatos miſerē romani. Eandemq; eſ ſe urbem ubi fugitiuorum obſeſſus exercitus: ingenti fuit fa me conſumptus. multūq; eam ab aetna mōte diſtare. quom mons littori adiaceat catanenſi: Enna uero in medio ſit inſulę conſtituta. Si igitur ſaltem aliquā ptem huius belli ſub aetna monte geſtam fuiſſe monſtrares: a qua ſynecdochicos totum bellū ſignificari poſſet: omni me ſcrupulo liberares. Tunc.n. uere crederem lucanum ab hac belli pte totius belli mala oſtē dere uoluiſſe. ABſte. Si memor es: hoc ē iam ante monſtratum. Dictum eſt.n. Catanam urbem maritimā: quę magnis huius belli cladibus afflicta eſt: ſub aetna monte cōſtructam Si igitur Catana huic ſubiacet monti: quid obſtat: quin lucanus de eius calamitatibus intellexerit: quom ait. & ardenti ſer uilia bella ſub aetna. VRſel. Iam intelligo profecto hoc arbi tror lucanum intelligere uoluiſſe. Nam quom hęc ciuitas ma xima ex hoc bella mala ptulerit: p hanc partem totū bellū ſer uile uoluit deſignare. ABſte. Iam ne tibi ſatiſfactum eſt? VRſel. Ita ut melius non poſſit. ABſte. At mihi ipſi nondum ſatiſfeci. VRſel. Quāobrem? ABſte. Quia bellum illud ſeruile ab euno cōcitatū huic loco nō uidetur conuenire. VRſel. Quare? ABſte. Dicam. Nam quom lucanus deteſtatis bellis ciuilibus dicat: ſi alia uia nō erat: ut Nero perueniret ad imperium: niſi per bella ciuilia prius per Iulium Cęſarem: deinde p Auguſtum geſta: nō eſſe dolendum: quoniam tot bellorum mala poterant tanto principe compenſari: quid fuit opus bellum ſeruile ab euno motum cōmemorare? Per bella ciuilia prius Cęſar: deinde Auguſtus peruenit ad orbis imperium: a quibus Nero traxit originem: ut ſcribit Suetonius dicēs. Progenies Cęſarum in Nerone defecit. Si enim Cęſar & Octauius bella ciuilia non geſſiſſent: imperium arripe-

re:& poſteris ſius tradere non potuiſſent. Vnde nec ipſe Nero principatum eſſet aſſecutus. Bellum autem ſeruile. Euno duce diu ante Cęſarem geſtū: quid Neroni cōferre potuit ad impiū? VRS. Quare ergo illud iter bella ciuilia cōnumerauit? Nam qui in lucanum fecere cōmentarios: a poeta id bellū ſignificari uolunt. ABſte. Immo ſi bene inſpiciamus: bellū ciuile: quod Auguſtus Cęſar aduerſus ſextum Pompeium. Cn. filium geſſit: per hęc ſeruilia bella reperiemus intelligi. Lucanus enim enumeratis tribus maximis ciuilibus geſtis p Cęſarem in Theſſalia contra Cn. Pompeium. in aphrica contra Scipionem in Hiſpania contra filios Pompeii magni: uenit ad ea: quę auguſtus geſſit Peruſię contra. L. Antonium: Mutinę contra. M. Antonium: in ſinu ambracio contra eundē: demū dicit de iis: quę in ſicilia aduerſus ſextum Cn. Pompeii filium fecit. VR ſel. Cur hęc bella ſeruilia nuncupauit? ABſte. Quia ſextus ſeruis maxime ad hęc uſus eſt bella. Neque enim credibile eſt lucanū enumeratis cęteris ciuilibus bellis a Iulio Cęſare & Auguſto geſtis hęc omiſiſſe: quę omniū fuere periculoſiſſima. Quod autem de bellis tantum ciuilibus poeta loquatur: uerſus ille declarat multū Roma tamen debes ciuilibus armis q tibi res acta eſt. VR ſellus. Vt dicis eſt pfecto. Quare in ſententiam tuam concedo.

Cõmendat Abſtemius Vrſelli ingenium atq; doctrinam
eumq; ad humanitatis ſtudia hortatur.

p Ergratum mihi eſt: ꝙ opinionibus meis aſſenſus es
has.n.rationes meas non ſolum ueras: uerum etiã
ita ueriſimiles & probabiles exiſtimabam. ut nemo
adeo acutus & doctus eſſet: qui eas audiens: non facile ſtatim
que mihi aſſentiretur. ſed tu licet adoleſcentulus adeo acriter
& erudite contra auſus es dicere: ut aliorum iudicium refor-
midem: teq; ſiquid ueri mens augurat: autumem in doctiſſi-
mum uirum euaſurum. Quare ꝓ meo in te amore: & ſũma
beniuolentia te hortor: licet non ſit opus calcaria ſubdere ſua
ſponte currenti: ne ab incęptis ſtudiis deſiſtas: quibus te natu
ra aptum idoneum quæ procreauit. Nam quãuis alia ſint ſtu
dia magis fortaſſe lucroſa: debemus tamẽ naturam ſequi du
cem: & quibus artibus ac exercitiis nos aptiores fecit: hiis oĩ
cura ac diligentia inuigilare. VRſel. Ego mi pręceptor quã-
tum potero per indulgentiam parentis. qui tamen me ad lu-
cra hortatur: cõſilium tuum ſequar: & licet doloſi ſpes nũmi
me interdum ab his dulcibus abducat ſtudiis non tamen oĩ-
no ea deſeram: pręſertim ſi interdum me huiuſmodi diſputa
tionibus per te excitari & iuuari ſenſero. Multa enim alia ad-
huc reſtant: in quibus te lõge ab aliorum uſu & opinionibus
diſſentire cognoui: quę ut mecum cõferas: a te uehementer pe
to. ABſte. Laudo pronam ad hęc ſtudia uoluntatem tuam:
ut que ea nõ deſeras te rogo. Non inficior plurima adhuc ſu-
peſſe: in quibus trita aliorum ueſtigia non ſequor. Verum ci-
uitates de me querũtur: quod opus: quod de eis incęperam:
harum rerum gratia intermiſerim. Quare huius modi diſpu
tatiões in alia ſunt tempora differendę. VRſel. Nolo ꝑ me

aliquod cõmodum remorari tuũ: & eo magis: quia ſpo opus iſtud de ciuitatibus nõ minus mihi: q̃ hoc eẽ ꝓfuturũ. Vale ergo: & per ciuitates tuas uagare: Quæ quom ſurgens Vrſellus dixiſſet abſceſſit.

Robertus Vrſus Arimineñ. Lodouico Odaxio patauino. S.

Vtilis eſt nimium nouus hic Lodouice libellus:
Perlege: iurabis tu quoq; doctus idem.
Plurimus hinc pridem procul improbus exulat error:
Multorum errores pellere quid melius?
Clarus ab impreſſo laurens Abſtemius ære.
Pręmia curarum iam dinturna feret.
Paruum opus eſt uideo: nunq̃ hoc tibi iure negarim
Parua ſed interdum ſcis precioſa magis.
Omnia rimatur: ueſtigat & omnia: donec
Errorum pulſis ſis data lux tenebris.
Soluere haud aliter uerus: ſi uiueret auctor:
Tornatos uel qui ſeruat & archetypos.
Annales confert: uates quoq; comparat ipſos
Vatibus: & certis tempora temporibus.
Vnum præ cunctis longe eſt operoſius illud:
Quod ſine bile tumet: quod ſine dente premit.

Lodouicus Odaxius patauinuſ: Roberto Vrſo Arimineñ. S.

Num miror Abſtemi noſtri me gloria tangit:
Num uir is eſt minimo iunctus amore mihi?
Num tu de cunctis Roberte ſodalibus unus
Laurentem debes tollere ad aſtra tuum?
Debebam eximiis meritis: uirtutibus amplis:
Debebam & multum nobilis urſe tibi

Acceſſit cumulus noſtro non ſegnis amori:
Quod te laurentis tam pia cura mouet
At mihi uel primę ueniunt hoc nomine partes.
Et laudes a me flagitat ille ſuas:
Seu facile ingenium: ſeu manſuetiſſima morum.
Gratia: ſiue homini Pallas amica ſubit.
Hoc alii norunt: quod tu Roberte fateris
Hoc amat. hoc inq̄ docta caterua probat.
Non tantum impreſſo clarus remeabit abere.
Quantu m illi tulerit plebs ſtudioſa decus:
Premia curarum referet condigna ſuarum:
Nobilium quę diu uiuet in ore uirum.

Iacobus copinus ad lectorem.

Quanta ſit eximii uirtus interpretis ecce
Vtilis oſtentat dulce laboris opus.
Quod latet hiſtoriis ſacroq; poemate laurens
Expulſa'ad ſenſus nocte reduxit iter.
Qui cupis errores obſcuros pellere librum
Qui lucem cęcis reddere nouit eme.

Ioannes Angelus ariminenſis ad lectorem.

Qui cupis aonii fontis guſtare liquores:
Viſere pipleum: pieriumq; gregem
Hunc lege: qui ſoluit. uelut ante enigmata phœbus
Errata: & latię crimina nexa lyræ
Sentibus ut latum ſertis dedit undiq; callem:
Laurens ſic capiti laurea ſerta dabit.

Laurentio Abſtemio maceratenſi Franciſcus Vbertus Cęſenas gaudere ſemper.

Non ego nunc primum: qui ſis doctiſſime laurens
Te noui dudum hoc nam mihi noſſe datum eſt.

Tu ſtudio ingenioq; uales: tu ſcripta uirorum
Scrutaris uerſans nocte dieq; frequens:
Hoc opus indicio eſt: aperis tu obſcura locorum
Claraq; ſit nobis lux facis ad tenebras.
Tu cenſor ueterum libros ſint ſi modo iuſti
Ire ſub examen iuſtior uſq; facis.
Corrigis annales: emendas tempora: nequid
Deſit clara ipſo ſint mage ſole facis.
Debeat ergo tibi (quiſnam inficiator adibit)
Atq; patrem uocitet te ſtudioſa cohors.
Scrutator ueterum: correctorq; optime auorum
Linor edax noceat ni modo plura dabis.

Alexandri philomeni lugenſis epigramma:

Noſtra tuo debet Laurenti lingua libello
Cognita qui paucis uix bene multa docet.
Errores paſſim uarios emendat: & illa
Sedulus inſtaurat quæ latuere diu.
Viue igitur fęlix: & profectura latinis
Plura labor tantus ne grauet: ede precor.

Domicus Palladius ſoranus ad ſtudioſos.

Pactoli aut hermi ſapiens nec munera mallet:
Fluminis auriferi nec precioſa tagi:
Quam ueterum ſenſus: obſcuraq; dicta reſolui:
Quicquid & in uerbis durius eſſe poteſt.
Ecce tibi Abſtemius quędam ſtudioſa iuuentus
Edidit e phębi quę tulit arte ſinu.
Lętari poteris: non intellecta fuere
Quę tibi: ſub paruo codice aperta leges.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1898

Venetiis per Bernardinum Benalium.